

wii Ødin och Tore gawum Guttorm Diekn atte mark penninga i them verdørum, sum han leth siik medh nøia, sa medh skel thet dammen skulle eyg hefftes fore Guttorm och eyg Ødin eller Tore, vthen løst løpe effter huitiom theris som vidher torff och dammen bade bygge, tha the viid torfue. For thy bydiom wii alle gode men tiil vitnes her om thenne stagge, thet wii giorth haue, serdelis them theris wii bedemz insigle aff, som ere her Helge i Bergem, Tore litle och varth insigle Guttorm och Ødin foreset. Thetta var skriuet i Bergem effter vars Herres byrd twsend och thryhundred firetigelte are och pa atende aret søndagen nest for Pinse-dage dag.

4337.

1348 Juni 4.

Liduhamn.

Konung Magnus bortbyter med sina råds herrars råd och samtycke till konungens högste ämbetsman riddaren Israel Birgersson sina gårdar Husby Lyhundra, Husbyernavi, Lagundsberga (Landsberga) och Råby mot den senares gods i Östergötland Berga, Södraberga, Brickestad, Tåktö i Klockrike socken och Linkelösa i Vesterlösa socken, hvilka ofvannämnda gods herr Israel skulle behålla, till dess han fått andra utaf lika värde ofvan skogarne Kolmården och Tiveden i stället.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Magnus, Dei gracia rex Suecie Noruegie et Scanie, salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium euidenter recognoscimus, quod nos nobili viro, nobis dilecto, domino Israeli Birghisson militi et officiali nostro generali et heredibus suis in recompensam quorundam bonorum suorum in Osgocia, videlicet Bærga, Suthræbærga, Brikstadhi, Thækthi parochie Klockrike, Linkælösæ parochie Vestralösa cum omnibus et singulis eorundem bonorum pertinenciis et annexis coniunctim vel diuisim positis, molendinis et molendinorum locis ac aliis quibuscumque, quocumque nomine censeantur, que quidem bona dictus dominus Israel cum omni jure et proprietate sibi competentibus in eisdem sponte et libere nobis assignauit, bona nostra infrascripta, videlicet curiam nostram Husaby Lihundare, Husabyærnæwi, Laghundsbergha et Raby cum omnibus et singulis eorundem bonorum dependenciis et connexis, agris, pratis, pascuis, siluis, piscariis ac quibuscunque aliis pertinenciis, nullis penitus exceptis, quocumque nomine censeantur, ratione cambii dimittimus cum omni jure regio nobis in dictis bonis hactenus quomodolibet competenti, libere et pacifice possidenda sub condicionibus infrascriptis, quod, si bona predicta, quondam nostra, secundum justum taxum et estimacionem bonis quondam domini Israelis supradictis in Osgocia meliora noscuntur, tunc idem dominus Israel tantum de bonis suis supererogabit, donec ea fecerit eque bona in redditibus et annuo censu, ad quod nos nostros heredes et successores ac consiliarios regni Suecie ipsi domino Israeli et eius heredibus pari modo, si bona quondam nostra sibi dimissa minora censeantur in redditibus, facturos in hiis scriptis firmiter obligamus. Quibus quidem bonis, dicto domino Israeli et suis heredibus cum omnibus eorum pertinenciis, vt premittitur, rite et legaliter per nos dimissis sine nostra, heredum et successorum nostrorum, corone vel consiliariorum regni Suecie impetitione sicut veri possessores pacifice gaudeant et fruantur, donec de aliis boni[s], que dictis bonis in Osgocia

per ipsum dominum Israellem jam dimissis in omni parte equiualere noscuntur, in loco vel locis sibi competentibus owanscoghæ Colmard oc Tywidh, quibus eque pacifice et libere sicut bonis jam alienatis dicti dominus Israel et sui heredes in perpetuum frui valeant et gaudere, idem dominus Israel et sui heredes a nobis nostris heredibus et successoribus aut consiliariis regni Suecie sufficienter prouisus fuerit et in corporalem possessionem predictorum bonorum legaliter et pacifice introductus. In cuius cambii, tradicionis et appropriacionis evidens testimonium et robur perpetue firmitatis sigillum nostrum vna cum sigillo consortis nostre Blanze presentibus est appensum. Nos insuper Hemmingus, archiepiscopus Vpsalensis, Petrus Lincopensis, Siggo Scarensis et Thomas Vexsyonensis Dei gracia ecclesiarum episcopi, Gislo Ælinæson, Gøtzstauus Tunæson, Nicholaus Abyornæson, Kanutus Folcason, Karolus Næskonungsson, Karolus Tukason, Anundus Stura, Laurencius Karlsson, Puko Glysingh, Steno Thurisson milites et Johannes Cristi-næson armiger, consiliarii magnifici principis, domini nostri karissimi, domini Magni regis predicti, dicto cambio ex communi et vnanimi consilio consencientes ac volentes ac promittentes dictum cambium per nos et quemlibet nostrum inuiolabiliter obseruari sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda in robur et euidentiam omnium premissorum. Datum in Lidhuhafn prope Stocholmas anno Domini m^occc^oxl octauo feria quinta infra octauam ascensionis eiusdem.

Sigillen: n. 1, 2, 4—15, 17 borta; af n. 3 (ärkebiskopens) ett fragment; n. 16 söndrigt (två bjelkar): s. STENS THVRS.

4338.

1348 Juni 21.

Giurder Tordsson i Vixstenstorp säljer med sin myndling Estrids, Magnus Knaps dotters, samtycke, en femtedel af hennes ärfda gård i Bondeköpstad till kaniken herr Håkan i Sandsjö.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Pateat vniuersis presentes litteras inspecturis me Gyurdherum Thordason in Vixstensthorp ex consensu et beneuolencia Estridis, filie Magni dicti Knap, cuius tutor et responsalis legalis constitutus sum, quintam partem tocius curie in Bondakepstapum, ad ipsam Estridim jure hereditario post predictum patrem suum et matrem suam deuolutam, cum domibus, agris, pratis, paschuis, piscariis, siluis, molendinis siue molendinorum locis et aliis quibuscunque suis attinenciis, intra sepes et extra, prope vel remote positis nullis exceptis reuerendo viro domino Haquino in Sandzsyo pro pleno precio secundum discretorum virorum estimacionem legaliter vendidisse transferens in predictum dominum Haquinum plenum proprietatis jus ac possessionis dominium dicta predia retinendi, vendendi, dandi ac pro libitu sue voluntatis libere ordinandi. Obligo eciam me eundem dominum Haquinum in pacifica et libera possessione predictorum prediorum ab omni euiccionem pro quolibet impeditore defensurum. In cuius testimonium sigilla discretorum virorum, videlicet dilecti fratris mei, domini Haquini in Hialmsryþ,